



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An, & qualiter absolvi possit pœnitens merè negativè confitendo, nulli ira
scor, non contendo, & c. n. 144.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

nem peccatorum. Ratio est: quia licet peccatum illud obicit (concupinatus) inchoatum fuerit ante Baptismum, tamen fuit consummatum post Baptismum, ideo est materia absolutionis sacramentalis, quâ obtrâ, vi Sacramenti Baptismi reliqua remittuntur, quæ non fuerunt remissa propter obicem.

De materia remota Sacramenti Pœnitentiæ.

CONFERTIA XXI.

Matercula accedens Confessionale sic confitetur: *ô Domine Pater, ego sum senecula, sola in domo absque liberis, non habeo cui irascar aut quocum contendam; non soleo jurare, minus blasphemare; & ideo aut laborare aut oro; nunquam soleo committere Sacrum delictum; doleo itaque de omnibus peccatis meis & peto humillime Sacerdotalem Benedictionem; Merito ergo quaeritur, an & qualiter absolvi possit,*

RESOLUTIO: Cùm certum sit apud omnes, peccatum mortale post Baptismum & nunquam adhuc Sacramento Pœnitentiæ subiectum esse materiam necessariam huius Sacramenti: sufficientem, non tamen necessariam materculam non posse absolvi, nisi fateatur vel aliquod peccatillum veniale, vel saltem mortale

mortale jam olim confessum : ad quod proinde
confitendum, suaviter induci debet cum novo
dolore, aut certè cum *Misereatur, & Indulgentiam &c.* absque ulteriori Absolutione, in no-
mine Domini dimitti. Ita omnes.

CONFIDENTIA XXII.

149.

Alius advocat suum ordinarium Confessa-
rium die Indulgentiarum, eique con-
fiteretur dicendo Pater quia ab ultima mea Con-
fessione non memini alicujus peccati, accuso
me de omnibus peccatis meis ante hac
Reverentiæ vestræ confessis ac notis, de iisque
de novo doleo : Queritur ergo, an possit denuo
absolvi : Ratio dubitandi esse potest, quia pec-
cata jam sæpius remissa non videntur posse
iterum remitti.

RESOLUTIO : Talis Pœnitentis
Confessio & laudabilis & optima est, ut potè à
piis mentibus per Confessiones generales pra-
cticata : & ex communi doctorum Confessario-
rum praxi approbata, qui in defectu materiæ
sufficientis (ut absolutionem valeant imper-
tit) inquirere solent de peccatis jam confessis.
Unde ad rationem dubitandi. R. De ratione
absolutionis non esse, quòd actu semper remit-
tat peccatum sed quòd per gratiam, quam
confert, si ejus remissiva : quod patet in eo
Pœnitente, qui ante absolutionem veram con-
tentionem elicit, adeoque peccatorum remis-
sionem obtinuit ex opere operantis : sicut ergo
pec.